evacuationem futuram esse. ¶ Capitulum xiiii de tribus primis et principalissimis intentionibus flebotomie et de reprehensione immoderate dicentis flebotomias solum esse servandas in dispositione plectorica et quod ypocras negligenter se habuit in determinando etatem flebotomandorum et de intentionibus aliis a predictis que indicant non flebotomiam ut predicte sed quantitatem evacuationis.

Bene igitur in preacutibus in libro de dieta acutorum suadetur flebotomare non quando fuerit egritudo magna et iuvenis eger et robur adhereat. ¶ Plinodocius in vomito plectorico solo concursu flebotomias ait servandas esse. ¶ Contrarium autem est omnino intentiones enim flebotomie non assumunt primo in sepius multitudine sed suspitione fientis passionis. Nam si magna deberet esse flebotomabimus omnino et si nulla fuit multitudinis cognitio sufficientes etatem et regionem et virtutem quam sola videtur et in preacutibus in libro de dieta dicta esse. Nam iuvenem quidem propter pueros et senes ad determinationem assumpsit. ¶ Prime autem et principalissime intentiones flebotomie magnitudo egritudinis et robur laborantis. ¶ Et hinc primum oportet dicere esse concursum non plectoricum in quo servata est flebotomia continetur enim in eo et ille magnitudine augens egritudinis. ¶ Non enim solum qui iam egritudinibus correpti utique egerimus. ¶ Non autem solum qui iam affuerit magna egritudo flebotomie est tempus sed etiam suspicatur debens esse. ¶ Prevenient enim eruditio quam ypocras dixit docens nos quecumque presentibus iam egritudinibus correpte utique egerimus melius esse hec secundum preventi carium vel debentibus incipere anticipare facientes ut predicte intentiones ad sanos ad hunc transferantur. ¶ Et enim hos flebotomabimus suspicabiles factos capi magna egritudine et etatem aspicientes et robur. ¶ Nam si aptus fuerit qui in egritudine fieri magna et si nondum secundum corpus affuit sinthoma flebotomare dignificabimus.

¶ Sufficiat enim etatem aspicere cum virtute ut tria sint continentia dignotionem magnitudo egritudinis aut presens aut expectata etas iuvenescentis virtutis robur. ¶ Fortassis autem solum negligentius interpretari videbitur quod etatis in preacutibus in libro de dieta acutorum. Non enim eam que iuvenescentium dignosolum correpte habebat sed eam que ante ipsam et que post ipsam ut due sole auferantur a determinatione que infantium et que senum in virtutis sermone continentur. Robur enim nulli eorum qui secundum hanc etatem est. ¶ Quibusdam vero medicorum

neque infantibus visum est existere robur maxime nascentibus ut in aliis determinatum est medicis. ¶ Flebotomabimus igitur si magnam egritudinem expectabimus vel presentem iam viderimus aut incipientem aspicientes robur virtutis excipientes a sermone solos infantes et dicimus deficientius dictam esse eam que ab etate dignotionem ab eo qui scripsit que adiecta sunt libro de dieta acuta. ¶ Sufficiunt enim hee sole intentiones ad flebotomiam. ¶ Preter enim quando multitudo crudorum humorum acervata est talis ut prohibeatur flebotomando sermo reducitur robur enim huiusmodi virtutis non adest.

¶ Et hoc ipsum est cognitio non posse flebotomiam tolerare eos qui ex toto colore totius corporis absente eo qui significat sanguinem habundare pulsus inequalis fuerit secundum vehementiam et magnitudinem supponentibus in equalitate obtusis et parvis. Determinatis igitur tribus intentionibus flebotomie magnitudine egritudinis vel presentis aut expectate aut incipientis etate iuvenescentis virtutis robore extra istam etatem ad alias antea dictas cognitiones flebotomie quas addiderunt non pauci medicorum eamus coindicantes quantitatem ablationis non ipsam flebotomiam ut ex egritudine quidem et etate et virtute iam flebotomandum est aut non cognoscatur quantitas vero evacuationis non ex hiis solum sed ex aliis sumatur. ¶ Hec autem sunt plectorica vomitus concursus et continentis nos aeris complexio ad horas et regiones divisa et ea que secundum precedentem vitam facta sunt circa qualitatem et quantitatem comestorum excretio neque non et motus aut factos aut non. ¶ Igitur de ea quidem que in hiis dicta paulo post videbimus.

¶ Capitulum xv monet et solvit dubium utrum presente repletione secundum virtutem aut vasa in corpore adhuc agente consueta in quo non est expectatio magne egritudinis.

De utrisque vero multitudinis cognitionibus in presenti sentiemus. Vel aliter ad flebotomandum veniemus omnino si apparent hec etiam aliquem adhuc consueta agentium aut non neque qui nulla expectatio magne egritudinis fuerit. ¶ Quam igitur hec et de hoc mente sitis multotiens incidentes iuveni consiliati vel podagricas vel arteticas aut epilenticas aut melancolicas vel sanguinem antea exspuentibus vel secundum thoracem ad huiusmodi passiones constructione aptum habentibus vel scotomias vel frequenter captis squinantiis vel peripleumoniis aut pleuresibus vel epaticis vel obtalmiis fortibus vel ut est dicere magna egritudine. ¶ Flebotomia autem in hiis omnibus necessarium esse ad auxilium confestim